

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quas ... Infanti Friderico Berckow/ Moestissimi
Parentes ... in D. Jacobi Aede solenniter adornabunt. Omnes & omnium ordinum
Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746839901>


Druck Freier  Zugang





Willebrandt, A.,
in F. Berckow.

Rost. 1660.

13.







PROGRAMMA

121

^{Quo}
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

ALBERTUS Willebrant e/ U. J. D.

Cod. Prof., Ducal. Consist. Assessor,

AD

EXEQVIAS

Quas

Scitissimo ac mellitissimo Infanti

FRIDERICO

Hercow/

Moestissimi Parentes

Hodiernâ horâ primâ in D. Jacobi Aede
solemniter adornabunt.

Omnes & omnium ordinum Ci-
ves Academicos, diligenter ac offi-
ciosè invitat.

✻ (O) ✻

ROSTOGHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.

PROGRAMMA

RECTOR

IN UNIVERSITATE ROSTOCKENSIS

ALBERTUS ROSTOCKENSIS

Col. Prof. D. Phil. Consl. Alex. Aleson

AD

EXERCITIA

QUI

habebuntur in diebus istis

FRIDRICH



Moffis

Habebuntur in diebus istis in D. Jacobi

solenniter celebrabuntur

Omnes & omnium

ves Academicos, diligenter

conservabuntur



Typis

Typis Heroldum N. C. Rostocki



RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrand/ D.



Um aliquandò EPICHAR-
MUS, Viros supra huma-
num modum corporis ro-
bore præstantes, & adole-
scentes in primò ætatis flo-
re pulcherrimos, de mortis
incertitudine, invicem col-
loquentes, & hunc aliquot,
illum decem, alium triginta, alium plures vel pau-
ciores annos sibi à Diis concedi flagitantes perci-
peret. O homines insipientis cerebri! exclama-
vit, quid de paucis diebus, septimanis, mensibus,
aut annis dilcepratis? Mortem omnibus natura
proposuit. Omnes tandem in cineres & rogos
concedimus. Quilibet demum suò fato extin-
guitur. Omnes nos inexorabili lege fata constri-
gunt.

gunt. Nullus profectò tam ab homine & humò
alienus inventus est, qui se solum à moriendi
necessitate subduxerit. Nullus vel per somnium
cogitare ausus, se solum à mortis crudelitate ac
mancipio liberum fore. *Quæ longius aut propius
quemquè manet;* quæ (uti sapientissimus Seneca
Consolat. ad Polyb. scribit) alium aliò tempore
comprehendit, neminem verò præterit. Quippè
secundum Horatium L. I. Ode 28.

*Mista senum & juvenum densantur funera: nullum
Sava caput Proserpina fugit.*

Et quemadmodum (ut cum Lipsio eruditissimo
Cent. 3. Miscell. Ep. 93. loquar) fruges satæ, in her-
bam, in culmen, in aristam surgunt, maturescunt,
metuntur. Sic homines in hancce vitam venien-
tes, jam in herbâ, jam in culmò pereunt, pleriquè
in maturitate aliquâ demeruntur. Quod suò quo-
què Exemplo, verum esse comprobavit, tenellus
puellus **FRIDERICUS BERCKOW**, Qui Anni præterla-
psi 1659, die 10. Julii, horâ matutinâ Octavâ appro-
pinquante, hic Rostochii natus, **CHRISTOQUE** Sal-
vatori per sacrum regenerationis lavacrum in-
sertus, mundo huic imundo, omnibusq; refertis-
simo miseris, vix semetipsum ostendens, postquâ
2. Maji ardentissima febris illum invasisset, tamq;
graviter tenellum ejus corpusculum macerasset,
ut li-

ut, neq; ^{libet} salutaria ab Excellentissimo & Experientissimo DN. JOHANNE BACKMEISTERO, Medicinæ Doctore & Professore, Collega nostro honorando, præscripta remedia adhibita, illam [DEO sic disponente] mitigare non potuerint. circa horam septimam matutinam 6. die hujus Mensis, currentisq; Anni 1660. cum ingenti afflictissimorum Parentum dolore, rebus humanis valedixit. At non hoc nomine, puerulus hic, egregiæq; indolis infelix, quod è mundo tam citò abjerit, quem saltem antè annum nequè adhuc completum salutavit. Nauta qui maris fluctibus, res suas, navimquè suam committit, non in exiguâ felicitatis portione ponit, si secundis vectus ventis quàm citissimè & felicissimè in portum deferatur. At hæc tibi O FRIDERICE suavissime obligit felicitas: Non diu tua in hoc turbulento mundi pelagò jactata est navicula, citoq; ad amœnissimum, omniq; voluptate florentissimum appulit portum. O stultos verò illos ac infortunatos, qui quam diutissimè in hocce mari, ab adversitatum procellis jactari optant; qui si seriò crederent sanguine CHRISTI emptos, ipsiq; fide adherentes, in portum vitæ melioris, vitæquè illius æviternæ, (cujus jucunditatem nulla mortalium exprimit facundia) morte devehî, vel ab ipso vitæ au-


te auspiciò cum Doctore gentium ingemiscerent,
Cupi dissolvi & esse cum CHRISTO. Verum va-
leant, habeantq; sibi hujus mundi delicias, qui il-
lis affixi, eadem cum cœlesti beatitate permutare
horrent. Tibi ô felicissimè Puerule, illa ærumna-
rum & miseriarum mundanarum, cum cœlesti-
bus ac infinitis gaudiis cõtigit permutatio. Quam
felicitatem Tu Vir Consultissime DN. DANIEL
Berckow/ Summi Judicii Mecklenburgici Proto-
notarie ac Registrator dignissime, Affinis ac Ami-
ce pl. dilecte, filiolo tuo, tuò mœrore, tuis lachry-
mis non invidabis. Frana injicies luctui, quan-
quam maternæ pietatis gloriam merenti, tu CA-
THARINA Hagemeisters/ fœmina muliebrium
virtutum decore ornatissima, Filiolus quippè ex
tenatus, celerrimè è tenebris ac vinculis corpo-
ris in lucem libertatemquè productus, est jam in
amœnissimo illo & florentissimo beatissimarum
mentium sacrariò, ibiquè nectar æternitatis, ore
degustat immortalis. Convivit ille Avo paterno
Viro quondam suis meritis claro, DN. JOANNI
Berckow/ Vicus Schel/ ad Sverinum dicti, Judice
spectatissimo. Convivet in posterum Avia Pa-
ternæ ELISABETHÆ Meisters/ Matronæ ho-
diè viventi & laudatissimæ. Convivit Avo mater-
no DN. GEORGIO Hagemeister/ Senatori olim
hujus


hujus Reipublicæ primario, affini quondam meo
desideratissimo. Convivet postmodum Avia
Maternæ MARGARETHÆ Beselins / Mulieri
in hisce terris adhuc commoranti, & virtutibus
quæ hunc exornant sexum conspicuæ. His & aliis,
O Parentes mœstissimi, vester cōvivit vel cōviver
filiolus, quem quò impèsius dilexistis, eò minus à
calamitatibus mundi, à Vitæ vicissitudinib9, à tot
fortunæ adversæ insultibus, (antequam ipsis con-
cutteretur) liberatum, & felicitate illâ sempiternâ
circumfluentem lugebitis. Nec propter eam ma-
jori vos macerabitis luctu, quod immaturus & in
primò flore obyerit; *ad mortem quippè omnes ma-
turi sumus ex quò nati, imò etiam antequam nati.* Et
veniet ille dies, veniet illa hora, quæ & vos vicis-
sim conjunget, & conjuctos in æternū non sepa-
rabit. Sed tu ô benignissimè DEUS, difficultates
hujus vitæ, & horum temporum calamitates, vel
planè tolle, vel prò immensâ tuâ clementiâ miti-
ga. Fac illas constanti superemus pectore, & tan-
dem solutâ parte imbecilliore; de omni mœrore,
de anxietate, de fortunâ triumphantes, æviternis
illis ac dulcissimis perfruamur gaudiis. Vos autem
Cives Academiæ honoratissimi, ut Parentibus
mœstissimis dolorem hunc acerbum leniatis, eò
quò


quò par est studio; & humanitate invito, ut
tam honesto præclaroq; generi, manibusq; hujus
pueruli innocentibus, hoc honoris exhibere, fu-
neris illius deductioni interesse, illudq; ad tumu-
lum usq;, in æde D. Jacobo dicatâ præparatum,
comitari non gravemini; ardentissimis à Domi-
natore generis humani, Deo misericordissimò,
flagitantes precib9, ut ille expandat alas clemen-
tiæ suæ super hanc Provinciam afflictissimam;
nosq; omnes, (quam diu Divinæ ejus placuerit
providentiæ) in hâc brevi vitâ aut satius miseria-
rum valle, ab infelici adversæ sortis incurfu tuc-
tur. P. P. Rostochii die 10. Maji. A. D. 1660.
Sub Sigillo Rectoratus.


Convenient Academia Civis in Templò
Jacobæo, ad horam mediam
primam;












hujus Reipublicæ primario, Affin
desideratissimo. Convivet po
Maternæ MARGARETHÆ
in hisce terris adhuc commoran
quæ hunc exornant sexum consp
O Parentes mœstissimi, vester cõ
filiolus, quem quò impẽsius dilex
calamitatibus mundi, à Vitæ vicis
fortunæ adversæ insultibus, (ante
cutteretur) liberatum, & felicitat
circumfluentem lugebitis. Nec
jori vos macerabitis luctu, quod
primò flore obyerit; *ad mortem
turi sumus ex quò nati, imò etiam ad*
veniet ille dies, veniet illa hora,
sim conjunget, & conjuctos in a
rabit. Sed tu ô benignissimè DE
hujus vitæ, & horum temporum
planè tolle, vel prò immensâ tu
ga. Fac illas constanti superemu
dem solutâ parte imbecilliore;
de anxietate, de fortunâ triumph
illis ac dulcissimis perfruemur g
Cives Academiæ honoratissim
mœstissimis dolorem hunc ace



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.